



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Abortus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 4 Potest fieri benedictio qualibet die. Idem *ibid.* n.8.
- 5 Neque potest iterari. Idem *ibid.* nu.9.
- 6 Nec minor annis quadraginta: qua in ætate Episcopus non potest dispensare. *decisum refert Armendar. in addit. ad recomp. legum. Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. num. 102.*
- 7 Quæ ad tempus eliguntur, non sunt ad tempus benedicendæ, nisi Papa concedente. *Quar. in summ. Bullar. Abbatissa circa finem.*
- 8 Non potest benedicere in signum superioritatis in loco publico, nec aquam, neque vestes, in forma Ecclesiæ. *Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 29. num. 26.*
- 9 Neque potest prædicare, & in hoc neque potest Episcopus dispensare. Idem *ibid.* num. 27.
- 10 Potest irritare vota Monialium, non potest dispensare in eis *Naldus. Votum n. 64.*

Abortus.

- 1 **Q** Vicumque, & quocumque modo abortum factus animati procurauerit, secuto effectu, homicidij pœnis puniatur. *Sixtus V. in Bulla 1588.*
- 2 Clerici beneficiis priuentur, inhabilesque sint ad beneficia, & ad ordines, ordinumque ministeria. *ibid.*
- 3 Omnes præterea sunt ipso facto excommunicati. *ibid.*
- 4 Absolutio non est seruata Papæ. *Greg. XIV. in Bulla 1591. Vide Absolutio nu. 36. Degradatio num. 13.*

Absolutio.

- 1 **P**otest Episcopus absolvere ab omnibus casibus, & censuris non seruatis Papæ. *DD. communiter apud Barbof. de potest. Episcopi allegat. 50. numer. 181.*
- 2 Et quoscumque sibi subditos, saltem ratione habitationis pro maiore anni parte. *ibid.* n. 182.
- 3 Potest Episcopus in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedis Apostolicæ seruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diocesi sua per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ absolvere *Tri-dent. sess. 24. cap. 6.*
- 4 Excipe casus Bullæ Cœnæ Domini vt patet, & alios seruatos post Concilium, vt *infra num. 15.* & *decisum refert Suar. tom. 4. disp. 30. sect. 2. nu. 12.* qui tamen de seruatis post Concilium occultis non intelligi decisionem docet, *ibid.* num. 14. & necessariam esse derogationem Concilii, vt fit in Bulla Cœnæ *ibid.*
- 5 Quæ conceduntur Episcopo *in d. cap. liceat à Trid. sess. 24. cap. 6.* negantur inferioribus, licet habeant quasi Episcopalem iurisdictionem. *decisum refert Garzia de benef. par. 7. cap. 11. nu. 13. 17.*
- 6 Negantur etiam iis Episcopis, in quorum regione non est receptum Concil. *Trid. Decisum refert Barbof. allegat. 39. num. 3.*
- 7 Conceduntur Confessatio Episcopi, si Episcopus egeat *Barbof. ibidem num. 15. Decisum refert Suar. loco cit. num. 15.*
- 8 Absolutio vero hæc sacramentalis est. *Decisum refert Garz. p. 11. cap. 10. nu. 139. in 3. declar.*
- 9 Non tamen Episcopus tenetur audire confessionem, vt à prædictis absoluat *Nauar. consil. 11. de priuileg. p. 2. lib. edit. 2.*
- 10 Controuersum est: an Episcopus possit eam committere aliis, affirmant de Vicario specialiter deputato, *Nauar. & Sanchez. limitat Henriquez* quando casus occurrit, & singillatim, alii facultatem hanc absoluedi communicabilem dicunt. dispensandi, vt *in d. cap. incommunicabilem. Vide Barbof. loco citat. num. 11.*
- 11 Occultum *in d. cap. dicitur*, quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. *Barbof. num. 21. 25.*
- 12 Deductum ad forum contentiosum est illud, quod est denunciatum, seu post litis contestationem, *Barbof. numero 29.*
- 13 Non probatum in sine causa, erit occultum. *Idem ibid. num. 32.*
- 14 Forensis potest absolui in casibus *capit. liceat*, ab Episcopo, in cuius Diocesi commoratur, non autem à suo Episcopo absente. *Decisum refert Garz. par. 11. cap. 10. num. 139. in 3. declar.*
- 15 Non potest Episcopus absolvere à censuris